

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CCXXV. Differentia 10. Iure Canonico sacrilegus variis poenis afficitur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

## CXXV.

## DIFFERENTIA 10.

Iure Canonico sacrilegus variis pœnis afficitur, c. Quisquis, & ali's 17. q. 4.  
jure civili autem capite pœctitur: I. Sacrilegii, ff. ad I. Iul. pec-  
culatus, & de Sacrilegis. Ioan. Bap.  
à S. Blasio 107.

I. Sacrilegium est rei sacrae violatio, &  
committitur tribus modis in per-  
sonam, locum, & rem, c. Quisqui-  
cit. c. Sacrilegium, c. Omnes, eod. Inter res  
sacras primum locum sacramenta obti-  
nent, secundum vaia consecrata, ter-  
tium imagines, & reliquiae Sanctorum,  
quartum vestimenta, denique ordinata  
insultationem ministrorum ecclesie.  
silvest. v. Sacrilegium. Less. c. 45. dub. 2.  
& 3. Ignat. Lopez in præf. crin. c. 91.

II. Sacrilegii pœna secundum Cano-  
nes aliquando est excommunicatio ipso  
jure, quando nimis sacræ personæ  
vis infertur. Cum vero in tem. sacram  
committitur, tria monitio præmitti  
ante excommunicationem debet. Ante  
monitionem vero excommunicatione  
minori affectus est, donec satisficiat,  
& interdum majori quoque, ut si do-  
mus sacra incendatur, vel alio modo  
frangatur. Aliquando etiam imponitur  
pœna pecuniariâ, Judicis arbitrio exti-  
menda, c. Si quis contumax 17. q. 4.  
Canis, l. 3. summatis, 16.

III. Secundum leges pœna sacrilego-  
rum capitalis est, cum gravis injuria

facta, I. Sacrilegii, ff. ad I. Iul. peculatus,  
sacrilegi capite puniuntur, qui publica  
sacra compilaverint: At qui privata  
sacra vel ædificias incusoditas tentave-  
rint, amplius quam fures, minus quam  
sacrilegi merentur. Vlpianus vero in I.  
Sacrilegii c. eodem, monet, sacrilegi pœ-  
nam pro qualitate, conditione rei, tem-  
poris, ætatis, & lexus, severius, aut  
mitius concipiendam esse, enumerataque  
varias olim indictas pœnas, aliosque ad  
bestias damnatos, alios in insulam de-  
portatos, alios ad metalla. Quocirca  
præter pœnam capitum etiam aliæ locum  
habent. Eadem opinionem Iul. Clarius  
l. s. 5. Sacrilegium, n. 3. tum aliorum  
DD. auctoritate, tum pluribus exem-  
plis confirmat. Vnde consequitur, tan-  
ture profano, quā sacro sacrilegos diver-  
sas pœnis affici. V. Menoch. de arbitr. casu  
389. Tholos. l. 33. c. 15. Boërium decis.

254. Diaz in præf. c. 81. Zerola  
part. II. v. Sacri-  
legium.

\*\*

II

CCXXVI.DIF.

Antinomia.